vt Cephalenes aiunt: à se enim vxorem duxisse dicunt Vlyssem, & esse Icadium, nõ Icarium propter erratum. Quæstio autem res verisimilis est, omnino verò, quod fieri non potest vel ad poesim, vel ad melius, vel ad opinionem oportet redigere. Nam quod attinet ad poesim, magis eligendum est appositum ad persuadẽdum, quod fieri non potest, quàm non appositum ad persuadendum, quod fieri potest. Ac fieri non potest, vt tales sint, quales Zeuxis pingebat. verùm spectatur etiam melius. nam exemplum debet exuperare. Ad ea, quæ aiunt reducuntur ea, quæ sine ratione sunt, & sic etiam dicendum, quid aliquando non est præter rationem, verisimile enim est, etiam præter verisimile fieri. Sub contraria verò, vt dicta sunt, oportet considerare quemadmodum in sermonibus refutationes, si idem, & ad idem, & simili modo. Quare & ipse respicit, aut ad ea, quę ipse dicit, aut ad id, quòd prudens supponat. Iam recta reprehensio est, & vacare ratione, & prauum apparere, quando, dum necessitas non est, vsus fuerit aliquo, quod vacet ratione, quemadmodum Euripides illo Ægeesti, & prauitate, vt Menelai in Oreste. Atque has quidem reprehensiones ex quinque formis afferunt. Nam sunt aut tanquam ea, quæ fieri non possunt: aut tanquam sine ratione: aut tanquam perniciosa: aut tanquam sub contraria: aut tãquam præter eam rectitudinem, quæ secundum artem est. Solutiones verò ex dictis numeris considerandæ: & duodecim sunt.

CAPVT XXVI.

IAm verò, vtrum sit melior, Epopœica imitatio, an Tragica, dubitare aliquis posset. Nam si quæ minus onerosa est, melior est, & talis pertinet ad spectatores meliores, manifestum est, quæ omnia imitatur onerosam esse. Quasi enim non sententiis nisi ipse poeta multam adiunxerit motionem moueantur, vt mali tibicines voluentes, se si discum oporteat imitari, & trahentes coryphæum, si Scyllam cecinerint. Ac Tragœdia quidem talis est, Quemadmodum etiam, qui prius fuerunt existimabant posteriores histriones. Nam Mynifcus Callipedem vocabat tanquam nimis exuperantem simiam. Ac talis quoque opinio de Pindaro erat. Vt autem isti se habeant inuicem, sic tota ars ad Epopœiam se habet. Atque hanc quidem circa spectatores probos aiunt esse. Quamobrem nihil egeat figuris. Tragicam verò ad improbos. Igitur onerosa peior profectò erit. Ac primum quidem accusatio non

A ὥσπερ οἱ Κεφαλλῆνες φασι. παρ' αὐτοῖς γὰρ γῆμαι λέγουσι τὸν Ὀδυσσέα· καὶ ἔστι Ἰκάδιον, ἀλλ' οὐκ Ἰκάριον. διαμάρτημα δὲ τὸ ποιήσαι τοῦτο. ὅλως δὲ τὰ ἀδύνατον μὴ, ἢ πρὸς τὴν ποίησιν, ἢ πρὸς τὸ βέλτιον, ἢ πρὸς τὴν δόξαν δεῖ ἀνάγειν. πρὸς τε τὴν ποίησιν, αἱρετώτερον πιθανὸν ἀδύνατον, ἢ ἀπίθανον καὶ δυνατόν· τοιούτοις δ' ἔστι,

B οἷοις Ζεῦξις ἔγραφεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ βέλτιον. τὸ γὰρ παράδειγμα δεῖ ὑπερέχειν πρὸς ἃ φασι τἄλογα. οὕτω τε καὶ ὅτι ποτὲ οὐκ ἄλογόν ἐστιν· εἰκὸς γὰρ καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς γίνεσθαι. τὰ δ' ὑπεναντία ὡς εἰρημένα ἄτοπα σκοπεῖν, ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς λόγοις ἔλεγχοι, εἰ τὸ αὐτὸ, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ, καὶ ὡσαύτως, ὥστε καὶ αὐτὸν ἢ πρὸς ἃ αὐτὸς λέγει, ἢ ὃ ἂν φέγκμος ὑποθῆται. ὁρᾶν δὲ δεῖ ὅτι μίμησις, καὶ ἀλογία

C καὶ μοχθηρία, ὅταν μὴ ἀνάγκης οὔσης, μηδὲν χρήσηται τῷ ἀλόγῳ, ὥσπερ Εὐριπίδης τῷ Αἰγείου πονηρίᾳ, ὥσπερ ἐν Ὀρέστῃ τὸ Μενελάου. τὰ μὲν οὖν ὅτι μιμήματα, ἐκ πέντε εἰδῶν φέρουσιν. ἢ γὰρ ὡς ἀδύνατα, ἢ ὡς ἄλογα, ἢ ὡς βλαβερά, ἢ ὡς ὑπεναντία, ἢ ὡς παρὰ τὴν ὀρθότητα τὴν κατὰ τέχνην. αἱ δὲ λύσεις ἐκ τῶν εἰρημένων ἀριθμῶν σκεπτέαι.

D εἰσὶ δὲ δώδεκα.

Κεφάλαιον κς.

ΠΟτερον ὁ βέλτιον ἡ ἐποποιητικὴ μίμησις, ἢ ἡ τραγῳδική, διαπορήσειεν ἄν τις. εἰ γὰρ ἡ ἧττον φορτικὴ, βελτίων. τοιαύτη δὲ ἡ πρὸς βελτίους θεατὰς ὄντα, δῆλον ὅτι ἡ ἅπαντα μιμουμένη φορτική. ὡς γὰρ οὐκ αἰσθανομένων, αὐ μὴ αὐτὸς πρὸς σῆ, πολλὴν

E κίνησιν κινοῦνται· δεῖ, οἱ φαῦλοι αὐλητὰ κυλιόμενοι, αὐ δίσκον δεῖ μιμεῖσθαι κ' ἕλκοντες τὸν κορυφαῖον, αὐ Σκύλλαν αὐλῶσιν. ἡ μὲν οὖν τραγῳδία, τοιαύτη ὄντι, ὡς καὶ οἱ πρότερον τοῦ ὑστέροις αὐτῷ φόνιτο ὑποκριταί. ὡς λίαν γὰρ ὑπερβάλλοντα. πιθηκον ὁ Μυνίσκος τὸν Καλλιππίδην ἐκάλει. τοιαύτη δ' δόξα καὶ περὶ Πινδάρου ἦν, ὡς οὖσι ἔχοιεν πρὸς αὐτοὺς, ἢ ὅλη τέχνη πρὸς τὴν ἐποποιΐαν ἔχει τὴν μὲν οὖν περὶ τοὺς θεατὰς ὅπερ εἰκὸς φασιν εἶναι, δεῖ ὁ οὐδὲν δέονται τῶν σχημάτων· ἢ ὁ τραγικὴ, πρὸς φαύλους, ἢ ἐν φορτικὴ, χείρων δῆλον ὅτι ἂν εἴη. πρῶτον μὲν ἡ

F κατὰ τὴς